



Quaestiones argumenti obstetricii

<https://hdl.handle.net/1874/313788>

QUAESTIONES
ARGUMENTI OBSTETRICII.

1906056

33.

QUAESTIONES
ARGUMENTI OBSTETRICII,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN ARTE OBSTETRICIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,


DEFENDET

JANUS MAATS,

e pago Zype.

MEDICINAE DOCTOR.

A. D. XVII M. MARTII A. MDCCCLV, HORA VI.



TRAJECTI AD RHENUM
P. W. VAN DE WELJER
TYPIS MANDAVIT.

MDCCCLV.

THESES.

I.

Recte monuit de la Motte, artem obstetriciam solis viris esse committendam.

II.

Fluxus menstruus signum est et praesidium sanitatis.

III.

Sanguis menstrualis non est naturae peculiaris et per rupturam e capillaribus evacuatur.

IV.

Phantasiam matris per se foetus formationi nocere, negamus.

V.

Expansio uteri in primis graviditatis mensibus non est mechanica.

VI.

Ostio uteri nondum aperto, a secali cornuto abstinendum est.

VII.

Forcispis administratio, clunibus praevis, reprobanda est.

VIII.

Dilatatoria arte commendata prorsus rejici debent.

IX.

Nonnullis in casibus placentam praeviam perforare licet.

X.

Medicamenta ecbolica, quae dicuntur, ad partum praematurum provocandum rejicienda sunt.

XI.

Abortus arte provocatus sectioni caesareae praeferri meretur.

XII.

Partus provocatus in eclampsia idiopathica non admittendus est.

XIII.

Inhalatio chloridi formyli in eclampsia parturientium a Cl. Kiwisch commendata, parum salutis adfert.

XIV.

Uteri inflammationem imprimis ex causis
mechanicis oriri statuimus.

XV

Multi morbi infantum nascuntur e nimis
protracto lactis materni usu.

